



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula LVIII. Edicti de examine eorum, qui Ecclesiae Parochiali  
praeficiendi sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

## FORMULA LVIII.

*Edicti de examine eorum, qui Ecclesia  
Parochiali præficiendi sunt.*

D. Rodericus, &c. Vacante Parochiali Ecclesia sancti N. nostræ diœcesis, cupientes eidem de alieno providere Rectore, atque Sacri Concilii Tridentini decreta pro viribus Deo adjuvante exequi tenore præsentium requirunt, & monemus, primò, secundò, tertio, & peremptoriè omnes, & singulos Presbyteros, & Clericos volentes ad examen per concursum faciendum se præsentare, ac omnes volentes clericos ad id aptos nominare, quatenus infra decem dies proximè futuros à die affixionis præsentis editi computandos, debeant in actis Notarii infra scripti N. nostra Curia describi facere eorum nomina, ætatem & patriam, ut de eorum natalibus, vita, & moribus, ac aliis rebus ad vacantem Ecclesiæ gubernandam opportunis juxta decreta dicti S. Concilii inquire, & transacto constituto tempore examinari possint coram nobis, ac examinatoribus in synodo diœcetana deputatis, ut ex iis, quos confessio examine, ætare, doctrina, prudenter, aliusque rebus ad curæ animarum bene gerendæ rationem opportunitas idoneos esse compertum erit, nos quem cæteris magis idoneum censuerimus, illum Ecclesiæ vacantis Rectorem, Parochumve eligamus, ac præ-

ficiamus. Quod sanè sicut nos pro eo quod debemus integrè sanctèque in Domino præstare cupimus, ita omnes, præcipueque illos quorum Ecclesiæ & Curæ spirituali per nos conscribendum, ac providendum est, magnopere hortanur, ac requirimus, ut hanc nostram solitudinem, pastoraleque studium, omni supplicatione, omniaque intima pietate, ac religiosis precibus continenter adjuvent. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

## FORMULA LIX.

*Fidei examinis, & approbationis ad  
Parochiale vacantem.*

D. Rodericus &c. Universis, & singularis ad quos præsentes litteræ pervenerint, indubitatam fidem facimus, & attestamur, quod cum Parochialis Ecclesia sancti N. nostræ Diœcesis, quam Presbyter N. dum vivebat, obtinebat, per ipsius obitum, qui demense N. præsentis anni extra Romanam Curiam diem suum clausit extremum, vacaverit, & vacet ad præsens, cumque occasione vacationis hujusmodi per publica edita vocati sint, qui examinari vellent, juxta formam Sacrosancti Concilii Tridentini. Nos una cum tribus examinatoribus in diœcetana synodo deputatis, & electis, Presbyterum N. hujus diœcetis transacto tempore inter alios plures examinavimus, ipsumque ad præfatam Ecclesiæ regendam, gubernandam, & obti-